

Handwritten text on a small paper label on the spine, partially obscured and difficult to read. Visible fragments include "Ca. 1750" and "n".





M. And
d. prima
tonis
Hilfoni
d. vita
Apostol
Arauf
Quod A
d. abs
d. Althe
offim
d. Auro
Arco
Algeb
Aker
Anim

Dog



No. VI.

MISCELLANÆ THESES.

Quas

Occasione Discursuum publicorum
collectas,

SUB PRÆSIDIO

JOANN à SCHULTZ
SZULECKI, JCT.

privato -publicæ disquisitioni submitunt

Respondens

MELCHIOR FRIDERICUS
DE MIESITSCHECK,

& Opponentes

DD. DE LESCHEBRAND ET MATHESIUS,
de ANCKERSHEIM.

d. 8. Februar. M D C C II.

Francofurti ad Viadrum,

Typis TOBIÆ SCHWARTZII.

No. VI
MISCELLANEA
THESIS.

Occasione Disputationum publicarum
collatae
SUB PRÆSIDIO
JOANNIS SCHULTZII
SCHULLECI, JOT.

privatæ Professoris
MERCHTORI FRIDERICI
DE MERTSCHECK
D. P. LEONHARDI MATHIASI
DE ANKERBERG
P. B. C. M. P. G. C. H.

1778
LIPSIAE
IN P. B. C. M. P. G. C. H.





I.

INter titulos & modos derivativos universales acquirendi res alterius corporales & incorporales, jura itidem activa & passiva, potissima species est Hereditas. Quo titulo heres omnia quidem defuncti jura, hereditati, non vero personæ defuncti cohærenria, neque ea quæ in factio consistunt acquirit.

II.

Melior est ab intestato vel testato, quam ex pacto succedendi ratio. Non tamen improbanda est recentioris ævi consuetudo, quæ etiam per pactum deferri & acquiri potest hereditas.

III.

Testamenti factio ex Jure N. & G. defendi potest, ratione originis: Formam certam externam ex Jure Civili cujuslibet populi habet; Quæ quidem etiam ad jus Gent. sed voluntarium seu secundarium referri potest, adeo tamen sanctè à Gentibus plerisque Europæis recepta & observata, ut etiam ad populos quosdam pervenerit reverentia juris hæc in parte Romani æquissimi; non verò armorum Romanorum terror.

IV.

Definitio testamenti, quæ in *Princ. Inst. de Testam. Ordin* reperitur ex *L. 1. § 4. ff. Qui Testam facere possunt*, non refutari sed explicari potest.

V.

Testandi facultas quidem regulariter puberibus tantum patriâ potestate solutis concessa est. Non excepti tamen casus sunt, quibus permissum est impuberibus testari.

VI. Imo

VI.

Imo etiam furiosi prodigi & ebriosi testamentum facere possunt: non verò mente planè capti, neq; penitus avavari, neque ebrii, neque irati.

VII.

Mutus & surdus naturà simul testamentum condere nequit, nequidem Principe consentiente & indulgente, non obstante L. 7. ff. *Qui testam facere possunt*; Quæ ex L. 10. C. cod. interpretanda est.

VIII.

Captivorum testamenta ante captivitatem facta, optimè quidem pro ratione Status civilis Romani defendi possunt ex jure post liminii & fictione Legis Corneliæ. Sed Juri N. Christianismi regulis & hodierno statu; convenientior est consuetudo; quâ captivis in ipsâ captivitate concessa est; ipso jure testandi facultas.

IX.

Peregrini antiquo jure Romano nullam testandi facultatem habebant. Friderico Imperatori illa juris N. vera interpretatio debetur, quæ libertatem testandi peregrinis & advenis concedit.

X.

Atque hæc benigna & vera Juris N. interpretatio valet hodiernum inter Christianos; inter quos captivitatis effectus non est servitus, sed servitutis species. Neutra tamen Conscientiæ, Legibus, & moribus nostris adversa est. Jure itaque N. & G. captivi testari possunt hodie, eorumq; testamentum pleno effectu gaudet. Jus Albinagii, *le droit d'aubone*, dictum huic thesi contrarium est, certo tamen respectu defendi potest.

01 A 6541

ULB Halle 3
003 090 396




f

TA → OL

1018
VJ 17







36

No. VI.
**MISCELLANÆ
THESES.**

Quas
Occasione Discursuum publicorum
collectas,

SUB PRÆSIDIO
**JOANN à SCHULTZ
SZULECKI, JCT.**

privato -publicæ disquisitioni submitunt

Respondens
**MELCHIOR FRIDERICUS
DE MIESITSHECK,**

& Opponentes
**DD. DE LESCHEBRAND ET MATHESIUS,
de ANCKERSHEIM.**

d. 8. Februar. M D C C II.

Francofurti ad Viadrum,
Typis TOBIÆ SCHWARTZII.

